



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quid sequi debeat illam induitionem Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

sanctos & filios suos, modò nos, vt filios decet, exhibeamus nos erga patrem.

Postquam Christum in Baptismo induimus, tunc sequi Christum debemus: nam duo sunt, Christum induere, & Christum sequi: Induitio præcedat oportet: nam nemo rectè sequitur Christum, nisi primùm sit indutus Christo: Fides autem induit nobis Christum: sed obedientia præceptorum & boni fructus, ostèdunt quòd sequamur Christum. Nam sequi Christum, est facere iustitiã, veritatem, humilitatè, continentiam &c. Sic inquit Augustinus li. 3. de Trinitate, cap. 4. quòd passio Christi est nobis Sacramentum & exemplum: Sacramentum fidei scilicet, quòd credo pro me illum passum, Roman. 4. Exemplum, vt sequar eius vestigia, id est, patientiam, dilectionem, &c. sicut quoq; Petrus ait 1. Pet. 2. Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Sic igitur Christus sua nobis cõmunicat bona, sic sequi Christum debemus, & id facere proximo nostro, vt illum iuuemus verbo & facto, vt qui se permittat indui à proximo. vt illi velit ac faciat, sicut sibi cupit fieri, & hoc est præceptum Dei dilectionis, vt dilectio non sit simulata, Ro. 12. & non diligamus verbo vel lingua, sed opere & veritate, 1. Ioan. 3. Ergo qui adhuc in peccatis viuit, nec proximi miseretur, is nõdum verè induit Christum, nec etiã sequitur Christum, qui dicit, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci &c. Io. 13. Ipse pro nobis orauit erga patrem, pro nobis tulit mortè & omnia sua nobis communicat: ergo illum sequi debemus, & hoc facere erga proximum. Ex quo patet, quòd nullum sanctorum possumus induere, præter solùm Christum: nõ Petrum, non Paulum: sed benè sequi eos possumus & debemus, sicut dicit Apostol. 1. Cor. 11. Imitatores mei estote, &c. Nam etiã quilibet sanctorum indignus est pro se induere Christum per Fidem, eiusq; iustitiam

partici-

parti-
nos p
& ali
cipio
actio
Christ
quam
& sic
us, m
prehe

1.
2.
3.
C
dn



tingit, c
facit au
stus ipse
tuus, vt
quàm si
vt Christ
est Dei m

participem fieri, ob id vera vitis est Christus, ex qua nos palmites participamus Christi succum, Ioan. 15. & alienæ iustitiæ. Sic nos induimus Christum principio per Fidem in Baptismo, in vita sequimur illum actione virtutū & bonorum operum, & è diuerso ipse Christus nostram suscepit miseriam & peccatum tanquam proprium, hoc purgans & pro illo satisfaciēs, & sic fit, quòd dicitur in Cantic. cap. 5. Dilectus meus, mihi, & ego illi. Sic fides & charitas Christum apprehendunt ac tenent.

CAPVT XXXIII.

ARGUMENTA.

1. *Quomodo scriptura semel nobis proponit Christum vt donum Dei, quòd in Fide cum gaudio suscipere debemus.*
2. *Quomodo scriptura proponit nobis Christū, vt exemplum vite & operum quod imitari debemus.*
3. *Quomodo per Euangelium, verba & facta Christi, Christus ad nos venit, & nos illi adducimur.*



Criptura nobis proponit semel Christum vt donum patris, quod ex misericordia ipsius nobis proprium datur, vt conscientia turbata, illo sese exhilarescat & consoletur: hoc autem sic contingit, quoties audis vel legis quòd Christus aliquid facit aut patitur, quòd ibi non dubites, quòd Christus ipse cum tali facto aut opere seu passione sit tuus, vt super tali re non minus spem tuam loces, quàm si tu ipse fecisses hoc opus, aut sic passus fuisses vt Christus. Hoc est verè agnoscere Euangelium, hæc est Dei maxima pietas, quā nullus prophetarum aut

I ángelo=